



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

Jncipit prologus vndeclimi libri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

# Liber

# Undecimus

dedicatum erit: dignus plane in quo christus  
in via habitet per gratiam: ut tandem in eo  
in patria habitare dignetur per glorias. **D**o  
ipse prestare nobis dignetur: qui viuit et re  
gnat deus per omnia secula seculorum. Amē.

**E**xplícit liber decimus.

## Incipit prologus vii decimi libri.

**V**iis voluminis liber continet ge  
storum et passionum sanctorum  
differentias quatuor. **C**ontra  
mo illorum sanctorum quorum  
dies festi nobis fuerunt penitus ignoti: sed  
neque eorum legende potuerunt in aliqua su  
periorum librorum parte comode collocari.  
Scripsimus enim fauente domino gesta san  
ctorum: quorum festa per anni circulum occur  
runt. Quibus etiam addidimus quedam alia  
sanctorum quorundam: qui vel ex nominis ejus  
uocazione: vel ex alia circa materiam depedē  
tia: vel ex alia rationabili causa: potuerunt ce  
teris sanctorum legendis coniungi: sicut pre  
sentem legentibus catalogum patere potest.  
Restabat autem aliquae legende: que nulla occa  
sione poterat certis diebus anni locari: quas  
in hoc undecimo libro reseruavimus descri  
bendas. **S**ecundo illorum sanctorum gesta

que per oblivionem aliquā suis inserenda lo  
cis fuerunt omissa: quod diffiteri nō possum.  
Qui enī adeo prestantis memorie occurrat:  
cūctaqz legerit vel andiserit per singula cordi  
recondere suoqz recolenda tempore: facile in  
promptu ad votum habere. Neminc certe ar  
bitro: tali potiri priuilegio: nisi spiritu prius  
fuerit afflatus diuino. **T**ertio illorum san  
ctorum: quorum gesta et passiones post ceptū  
opus: mihi de novo apparuisse cōfigisset: aut  
in posterum mihi vel posteris apparereret: qd  
ppr̄ter sanctor̄ infinitatē et librorum numero  
sitatē accidere: de facili satis cēt. **Q**uarto  
etiam illorum sanctorum qui per futurū  
temporum successiones ab ecclesiā militante  
canonizandi: et in sanctorum numero conscri  
bendi forent: quod usqz ad presentis seculi fi  
nem credimus affuturum. **L**uz non sit abbrevi  
uiata man⁹ domini: que et in terris homines  
de novo sanctificare: et in celis multiplicare  
potest. **H**ocum igitur etiam gesta presenti cō  
serenda volumini: non tam nobis et posteris  
reseruamus. **Q**ua de re nec ipm opus nostrū  
certo fine concludimus: eo et sanctorum infi  
nitatis usqz ad seculi finem augenda: nec fine  
habet: nec numerū. **A**d festa igitur que p  
entialiter habentur exponenda veniendū est.  
**E**t primo quidē librum ecclasiastice histōrie  
transcurrentes: quedam que ex ipso circa san  
ctos aliquos omissa fuerant recolamus.

**E**xplícit prologus  
libri undecimi.